

Explicatio dubia.

Quæri potest hîc, an contra infideles, ut hodiè sunt *Turcae* & *Judei*, orandum? R. Orandum contra eos & pro iis. Contra eos, quatenus persequuntur Ecclesiam, ut deleantur: Quemadmodum h.l. fit, ubi non tantum propositio collocatur: *Effunde indignationem tuam super gentes*; sed mox etiam additur *αἰτιολογία*, quia comederunt *Jacob* i. e. Ecclesiam *Israëliticam* (per metonym.) & devoraverunt eum, (videlicet igni & gladio) & consumserunt illum. Pro eis autem orandum est, quatenus Ecclesiam non persequuntur, ut convertantur, quemadmodum fit in *Litania*: *Unsere Feinden/ Verfolger und Lasterer vergeben und sie bekehren.*

Ἀξιωματόντα.

1. τὰ λεξικά.

1. *Idola vanitas*. 2. *DEUS Rex gentium, Rex aternitatis, Jacobi portio, Elobim, Jacchim.* 3. *vs. 10. Chaldaicè scriptus.* 4. *Mentio Uphaï vel Ophira.* 5. *Israël vel Ecclesia DEI hereditas.* 6. *Hierosolyma propugnaculum.* 7. *Descriptio gentium.*

2. τὰ γλωσσικά.

Ediscantur *vs. 2. 6. 7. 13. 16. Oratio Jeremiae.*

3. τὰ δημηγορικά.

Tres conciones habeantur ex hoc capite. Et 1. quidem ex 1. & 2. 2. ex tertia & quarta *αἰτιωραγοθία*. 3. ex posteriore capituli parte.

Versus 1. & 10. pertinent ad *Fest. Trin.*

Ex *vs. 23.* haberi potest *Concio Valedictoria.*

Ex *vs. 13.* pro re nata agi potest *de Tempestatibus.*

Oratio Jeremiae impendente publica calamitate explicetur, ut populus tum *ad pœnitentiam*, tum *pœnae imminentis deprecationem* extimuletur.

CAPUT XI.

Ratio ordinis.

HActenus de populi peccatis, & vitæ emendatione plus satis: In hoc jam capite norma utriusque i. e. *pacti DEI*, vel *lege ipsius*,
I quâ